

INCIPIIT LIBER¹ SECUNDUS.

De coronatione regis Willelmi primi [Angliæ et ducis Normanniæ].

Matt. Par. Anno² gratiæ MLXVII^o. Dux Normanniæ³ Willelmus, urbem A.D. 1067.
ii. 1. Londoniarum adiens, in magna exultatione a clero et populo
susceptus, et ab omnibus rex acclamatus, Dominicæ Nativi- Reception
tatis die ab Aldredo, Eboracensi archiepiscopo, regni [Angliæ] and coro-
suscepit diadema. Timuit enim hoc munus consecrationis a nation of
Stigando, Cantuariensi archiepiscopo, suscipere, eo quod non William in
legittime occupaverat illius excellentiam dignitatis, licet⁴ de London.
jure antiquo ad illam ecclesiam illa sollempnitas
spectare comprobetur. Deinde homagiis a magnatibus cum
fidelitatis juramento obsidibusque receptis, in regno con-
firmatus, omnibus, [qui ad regnum aspiraverant, factus est
terrori. Civitatibus] quoque dispositis et castellis, propriis He goes to
que ministris impositis, ad Normanniam cum obsidibus Normandy,
Angliæ et thesauris impreciablem navigavit. Quibus in and then
carceratis et sub salva custodia deputatis, ad Angliam returns,
denuo remeavit, ubi⁵ commilitonibus suis Normannis, qui in and divides
bello Hastingsi patriam secum subjugaverant, terras England
Anglorum et possessiones, ipsis expulsis successive, manu among his
distribuit affluentem, et modicum illud quod eis remanserat, soldiers.
factus jam de rege tyrannus, sub jugo detrussit perpetuæ
servitutis. Et cum se viderat in sullimi elevatum et

¹ *liber secundus*] pars secunda,
E. Ch. E. W. have a picture of
the coronation of William.

² From this year to 1244, at
the beginning of each year in
Ch. the original hand has added
in the margin a note of the
Dominical letter, year of the
"Ciclus Decennovialis," and Easter
Day. The Bissextile years are

marked **B**₉.

³ *Normanniæ*] Normannorum,
E.

⁴ The passages printed in larger
type are not in Matthew Paris.
Some of the longer additions in
MS. N. (the Rochester Annals) are
also in small type. The words
and passages in brackets are not in
MS. Ch., and except when otherwise
mentioned are from MS. E.

⁵ E. ins. cum.

A.D. 1067. in fastu regni confirmatum, in alium virum subito est transmutatus, nobiles terræ, quos avitus sanguis ab antiquo sullimaverat, proth dolor, conculcando. Unde nobiliores de regno indignati, quidam ad regem Scotorum Malcolmum confugerunt, aliique malentes vitam infelicem terminare quam servitutem insolitam subire, loca deserta et nemorosa petentes, ibique vitam feralem ducentes, Normannis cessisse¹ pœnitentes, et dolore vehementi corde intrinsecus tacti, sed² sero, quæ poterunt, occultas insidias et dampna paraverunt. Videntes igitur partem suam infirmiolem, et servire renuentes, recesserunt ab Anglia comites generosi, Ædwinus et Morcardus fratres, Mercherus et Welterphus, nobiles, cum episcopis et clericis, et aliis multis, quos longum esset exprimere nominatim; qui omnes ad regem Scotorum Malcolmum fugientes, ab ipso honorifice sunt recepti. Tunc etiam Eadgarus Etheling, de regno Anglorum hæres legitimus, cernens res patriæ undique distrahi et perturbari, ascensa navi, cum Agatha matre sua et sororibus Margareta et Cristina, in Hungariam, ubi natus fuerat, reverti conabatur; sed tempestate suborta, compulsus est in Scotiam applicare. Hac quoque occasione actum est, ut Margareta regi Malcolmo nupta traderetur; cujus vitam laudabilem et mortem preciosam liber specialiter inde editus insinuat evidenter. Soror autem ejus Cristina sanctimonialis benedicatur, cælesti sponso perpetuo copulata. Nati sunt denique reginæ Margarete sex filii et duæ filiæ, quorum tres, Eadgarus scilicet, Alexander, et David, juxta generis sui nobilitatem, reges fuerunt; ex quibus regum Angliæ nobilitas, a propriis per Normannos expulsa finibus, ad reges est devoluta Scotorum.

Flight of the English nobles to Scotland and elsewhere.

Eadgar Ætheling.

Nota de sancta Margareta regina Scotorum.

Children of Margaret.

Quare Willelmus rex primus Angliæ non fuit coronatus a Cantuariensi archiepiscopo.

Coronation of William by Abp. Aldred.

Consecratus est, inquam,³ rex Willelmus, et coronatus die nativitatis Dominicæ, feria⁴ secunda, [ut dic-

¹ cessisse] cescisse, Ch. E.

² sed . . . paraverunt] recesserunt quo potuerunt, T.; r. q. poterant, W.

³ inquam] om. E.

⁴ feria secunda] om. E.

Cf. Matt. Par. Hist. Anglor. i. 8.

Diceto, Abbrev. Chron. i. 197 (ed Stubbs).

Diceto, tum est,] ab Alwredo, Eboracensi archiepiscopo, quia A.D. 1067.
i. 197. Stigandus Cantuariensis archiepiscopus tanquam scismaticus ab Alexandro papa suspensus erat. Vacabat autem tunc temporis sedes¹ Londoniensis.

Abbatia de Bello construitur.

Cf. Matt. Rex vero Willelmus, exultans de victoria, dedit laudem Foundation
Par. ii. 2. Deo, construxitque² abbatiam, quam appellavit pro bello of Battle
Diceto, ibi commisso Bellum, in qua imperpetuum Deo gloria Abbey.
i. 200. et laus et gratiarum actio pro victoria optenta
solventur, necnon et pro ibidem mortuis exequiæ a
sanctis monachis ibi constitutis cum salutaribus hostiis
Deo redderentur, ipsamque ecclesiam, possessionibus et
libertatibus dotatam et ditatam, commisit patronatui
et tutelæ regum, qui post eum forent in Anglia
regnaturi.

See the charter in the Monasticon, iii. 245.

Ducissa consecratur in reginam.

Diceto, Anno gratiæ MLXVIII^o. Matildis uxor regis Willelmi Coronation
i. 200. consecratur in reginam die Pentecostes ab Alwredo, of Matilda.
Eboracensi archiepiscopo, x.³ kalend. Aprilis. Hoc
Matt. Par. etiam anno, natus est regi Willelmo filius in Anglia, et William's
ii. 4. vocatus est Henricus. Nam primogenitus ejus Willelmus sons.
Rufus et Robertus in Normannia nati sunt, antequam pater
eorum Angliam sibi subjugaret.⁴

Duo filii Swani venerunt in Angliam, ut eam expugnarent.

Id. ii. 5. Anno gratiæ MLXIX^o. Inter duo festa beatæ Mariæ in Invasion
autumpno, venerunt duo filii Swani de Dacia cum trecentis of Swend's
navibus in Angliam, ut ipsam hostiliter expugnarent, et sons,
Willelmum regem vel caperent vel ab Anglia effugarent. [Harold
and Cnut].

¹ *sedes*] om. A. having *episcopatus* in the margin; ecclesia, N.

² *construxitque*] Eodem anno idem rex construxit, E.

³ *x. kal. Aprilis*] This was

Easter Day. It comes from Florence, who has "Post Pascha."

⁴ *subjugaret*] subjugaverat, E.; subjugavit, Cl.

A.D. 1069. Quorum adventus cum divulgatus esset, exierunt illis ob-
viam comites et barones et nobiles terræ, oppressi a
Normannorum inportabili superbia.; et fœdus ferientes
cum ipso, additi sunt exercitui Danorum, ut regem
W[illelmum] confunderent. Sed rex Willelmus pru-
dentissimus, videns periculum sibi iminere, humiliavit
se illis, compescens elationem suorum Normannorum, et
sic revocatis multis Anglorum nobilibus, fœdere cautius
cum omnibus confirmato, Eboracum, ubi fuit Danorum
receptaculum, potenter cum ibi inventis expugnavit,
et multa milia hominum occidit¹ ibidem.²

York taken
by Wil-
liam.

Matt. Par.
ii. 5.

*Quomodo rex Willelmus, jam securus, factus est de rege
tyrannus.*

Plunder of
the monas-
teries by
William.

Council of
Winches-
ter.

Degrada-
tion of
Stigand,
and Ayl-
mar bp. of
Elmham.

Anno gratiæ MLXX^o. Pridie nonas Aprilis, rex W[il-
lelmus], factus jam securior, in multis promissa vio-
lavit. Monasteria vero totius Angliæ perscrutari fecit,
et pecuniam simul cum cartis, in quarum libertatibus
nobiles Angliæ confidebant, et quas rex in arcto
positus observaturum se juraverat, ab ecclesiis, ubi in
seculo deposito jacuerant, auferri præcepit violenter
et in ærarium suum deferri. Concilium quoque mag-
num in octavis Paschæ apud Wintoniam celebravit
ecclesia³ tota Anglicana, rege procurante, ubi multa
regnum contingentia mutata sunt. Ibi etiam Stigan-
dus archiepiscopus degradatus est ignominiose, [et⁴
Aylmarus frater ejus episcopus Est Angliæ]; plures
quoque episcopi et abbates ibidem depositi sunt. Solus
[vero] inter omnes Angliæ prælatos, Egelwinus, Dunelmensis
episcopus, videns fratrum injustas oppressiones, con-
dolens et zelum Dei habens, exulavit spontaneus ab Anglia,
violentos⁵ oppressores vinculo excommunicationis innodavit.

Diceto,
i. 201.

MS. Cl.
from Flor.
Worc.

Matt. Par.
ii. 6.

¹ *occidit*] interfecit, E.
² There is an erasure of two and
a half lines after this in Ch.
³ Ch. ins. Anglia. E. om. tota.
⁴ *et . . . Est Angliæ*] only in

Cl. It is taken from Florence, ii.
⁵ The person is Ægelmar, bishop
of Elmham.
⁵ *violentos*] volentes, E.

Stigando vero successit Lamfrancus monachus, vir eleganter A.D. 1070. litteratus et moribus multimodis ornatus, qui inter Lanfranc. cætera magnifica opera librum composuit de sacramento altaris, fidem roborando catholicam.

MS. Cl.
partly
from Flor.
Worc.

[Aylemaro¹ successit Arfastus, regis capellanus ; hic transtulit sedem ad Thifordiam.]

See of
Elmham
transferred
to Thetford.

Angli a Normannis repulsi² injuriose [et malitiose] tractantur.

Matt. Par.
ii. 7.

Anno gratiæ MLXXI^o. Lamfrancus, Cadomensis abbas, in archiepiscopum Cantuariensem consecratus est, octavo kalend. Maii. Ipse quoque archiepiscopus L[amfrancus] monachorum ordinem secundum [regulam]³ sancti Benedicti in multis cœnobiis Angliæ [constituit]. Primo vero in ecclesia Cantuariensi, postea in ecclesia sancti Albani,

Lanfranc
archbishop
of Canter-
bury.

Cf. Matt.
Par. Gesta
Abbatum,
i. 52, 53,
and Diceto,
i. 215.

Anglorum prothomartyris, ubi etiam decedente Fretherico abbate substituit Paulum nepotem suum, qui fretus adminiculo avunculi sui ecclesiam restauravit, et ordinem pæne lapsum reformavit. Hoc quoque tempore, cum Angli ninis injuriose tractarentur a Normannis, in Helyensia arundineta⁴ et [ad] insulam Thorneie fugientes, ibidem castra refugii facientes, Herewardum in armis strenuissimum sibi ducem præfecerunt. Sed rex W[illelmus], aliquos promissis alliciens, alios terroribus exasperans, alios donis corrupens, demum omnes copioso exercitu circumvallans, ad suam coegit ditionem remeare.

Paul abbat
of St.
Alban's.

Cf. Hist.
Anglor.
i. 15.

Hereward.

Rex Willelmus cepit homagium a rege Scotorum.

Diceto,
i. 205.

Anno gratiæ MLXXII^o. Generale concilium regni Angliæ, de primatu Dorobernensis ecclesiæ super⁵

Council to
determine
the preced-
ency of

¹ Aylemaro . . . Thifordiam] from Cl., where "ad Thifordiam" is in the margin.

² repulsi] expulsi, E.

³ These words in brackets, which are in E. N., are in the margin in A. Re.

⁴ arundineta] harundine, Ch. E. Cl. T. W.; harundinem, A. N. Re.

⁵ super] apud ecclesiam, Cl. in marg.; om. E.

- A.D. 1072. Eboracensem, celebratum est, sexto idus Aprilis. Et tandem decretum est, quod præponi habet Cantuariensis et eidem¹ subici per omnia Eboracensis. Rex etiam W[illelmus] Scotiam adiit, et hostiliter invasit, credens aliquos ibidem de hostibus suis indomitis et profugis penes regem vel suos delituisse. Sed cum nullum ibidem reperisset, accepto regis Scotorum homagio, [ad propria] remeavit. Matt. Par. ii. 8.
- Hereward. [Hoc tempore fuit Herewardus qui per paludes juxta Ely latuit cum sociis suis.] MS. Re. from Diceto.

Rex Willelmus Normanniam sibi rebellem subjugavit.

- P. Gregory VII. Anno gratiæ MLXXIII^o.² Pridie kalend. Aprilis obiit Alexander papa, cui successit Hyldebrandus, qui Gregorius vocatus est. Eodem anno, invaserunt monachi sancti Audoeni Johannem archiepiscopum Rothomagensem, missam celebrantem³ in festivitate ejusdem sancti, cum armata manu virorum. Unde judicatum est in concilio in eadem civitate congregato, præsidente rege Anglorum W[illelmo], monachos hujus criminis reos per abbatias carceribus intrudi. Rex etiam W[illelmus] eodem anno, Anglorum fretus auxilio, in Normanniam, jam sibi rebellem, dominio suo potenter⁴ mancipavit. Deinde omnibus pacificatis et bene dispositis, Anglis quoque in plenitudinem dilectionis receptis, in Angliam est reversus. Southwark Annals. Matt. Par. ii. 11.
- [Maine] reduced. Anglorum fretus auxilio, in Normanniam, jam sibi rebellem, dominio suo potenter⁴ mancipavit. Deinde omnibus pacificatis et bene dispositis, Anglis quoque in plenitudinem dilectionis receptis, in Angliam est reversus.

Sacerdotes symoniaci, necnon et uxorati, a papa Gregorio excommunicantur. Beatus Wlstanus in episcopatu suo restituitur.

- Removal of married priests by Gregory VII. Anno gratiæ MLXXIV^o. Gregorius, qui et Hyldebrandus [dicebatur], celebrata synodo, simoniacos anathematizavit. Sacerdotes uxoratos a divino officio amovit, novo exemplo et, ut multis⁵ visum est, inconsiderato præjudicio, contra sanctorum patrum sententiam.

¹ *eidem*] ei, E.

² Cl. has here "qui sedit in cat. annos xii, m. i., d. xi., et cessavit an. ii.," instead of after *vocatus est*. See Matt. Par. A. 1074.

³ *celebrantem*] celebrantes, Ch. N. T.; altered in A. Cl. Re.

⁴ *Cenomanniam* is omitted. See note ², Matt. Par. ii. 11, and Madden's note ¹, Hist. Anglor., i. 18.

⁵ *laicis* is in the margin in a later hand in Ch.

- Abbrev. Beatus Wlstanus, per Lamfrancum archiepiscopum in- A.D. 1074.
Chron. iuste depositus, miraculose restituitur. Cum baculum pas- St. Wul-
iii. 171. toralem sepulchro beati Ædwardi infixisset, nullus præter stan re-
eum a lapide evellere poterat. Papa vero, ut validius stored.
uxoratos sacerdotes puniret,¹ et punitos revocaret ab
Matt. Par. amplexibus illicitis, laicis interdixit ne missas eorum
ii. 12. audirent, decimas etiam presbyteris debitas igne jussit
Id. ii. 13. concremari. Eodemque anno venerunt ex² Dacia in manu Attempt of
forti et hostili Cnuto filius Suani et Hacon comes cum Cnut and
navibus magnis ducentis, sed cito frustratus est Hakon.
conatus eorum per circumspectam prudentiam invictis-
simi regis W[illelmi].

*Obiit regina Edhitha. Rex maledixit Roberto filio suo cogno-
mento Curthehewse, quod in fine apparuit.*

- Id. ii. 14. Anno gratiæ MLXXV^o. Obiit Editha regina,³ nonas Aprilis. Death of
Rex quoque Willelmus præcepit Weltheofum comitem in Queen
Wintonia capite privari. [Eodem anno rex Willelmus Eadgyth.
MS. E. Radulpho consuli filiam⁴ Willelmi, filii⁵ Osberti, nuptui Conspiracy
tradidit, et consulatum de Nortfolk et Sutfolk. Iste of Ralph
Radulphus erat de genere Britonum ex parte matris, of Wader.
et pater suus Anglicus fuit. Natus fuit in Nortfolk,
et vocabatur Radulphus. Ille autem accepta uxore
sua duxit eam apud Nortfolk, ibique habuit nuptias
suas, quæ multis hominibus dampno fuerunt. In qui-
bus fuerunt Rogerus⁶ consul et Waltheof consul et
episcopi et abbates, et consuluerunt expellere regem
Willelmum de regno suo. Quod cito regi innotuit qui
fuit in Normannia, et postea venit rex in Angliam,
et cepit Waltheofum et Rogerum cognatum suum, et
misit eos in carcerem. Sed et de ceteris, qui fuerunt
ad nuptias, fecit postea iudicium.]

¹ *puniret*] punire, MSS.

² *ex*] in, E.

³ Cl. ins. "uxor Sancti Ed-
wardi."

⁴ Emma.

⁵ *fili*] filio, E.

⁶ Roger de Breteuil, E. of Here-
ford, son of William Fitz-Osbern.

A.D. 1075. Eodem quoque anno, idem rex W[illelmus], die Paschæ, Matt. Par. Cicely in ecclesia de Fescamp filiam suam Ceciliam Deo ^{ii. 14.} takes the consecrandam optulit cum devota sollempnitate. Rex veil at Fécamp. etiam Willelmus eodem ¹ anno, quia multotiens eundem ad Robert iram provocaverat, maledixit Roberto filio suo, et a con- cursed by spectu præsentia ² suæ in ³ mentis amaritudine abegit. his father. Ipse autem Robertus, quantum invaluit paterna maledictio, in fine vitæ suæ manifeste expertus est, ⁴ cum excæcatus, et incurrens fraternam cum odio persecutionem, in carcere lamentabiliter diem clausit extremum.

[Per idem tempus Radulfus comes exivit ab Anglia.] MS. Re.

Arnost [Eodem anno Sywardus Roffensis episcopus obiit, MS. N. bishop of cui successit Arnustus Beccensis monachus. ⁵ Tempore Rochester. vero prædicti Sywardi venerunt Normanni in Angliam; Condition of Roches- paucis diebus supervivens fatum explevit, derelicta ter. ecclesia miserabili et vacua omnium rerum indigentia intus et extra, vix enim quatuor canonici erant qui victu exili et ipso ad horam vel prece vel precio comparato et indumento plebeio vitam tolerarent. Has miseras corrigere pergens sapientissimus archiepiscopus Lanfrancus, Arnustum Beccensem monachum loco dedit; sed in eo anno tantum dimidio vixerat. Vita Gun- Volens autem Lanfrancus archiepiscopus ut ex more anti- dulf quorum in ecclesia Roffensi monachus succederet mona- (Wharton, cho, cogitare cœpit qui hoc onus sibi injunctum portare ⁶ Anglia Sacra, ii. 279, 280). Consecra- valeret. Cogitanti tamen Gundulfi citius occurrit sanctitas tion of quæ jam certis experimentis satis ei fuerit approbata. Ordi- Gundulf natur itaque vir vere dignissimus episcopatu Gundulfus in as Bp. of ecclesia Dorobernensi, xii. kal. Aprilis, anno ab incarnatione Rochester. Domini M^o septuagesimo septimo, undecimo vero adventus Normannorum in Angliam sub comite Willelmo, rege postmodum Anglorum nobilissimo. Consecratus autem ex more propriam tendit invisere sedem; tripudiantibus turbis Roffensem ingreditur urbem. Pontificali sedi intronizatus inducitur, præsul omni veneratione ex eo habetur.]

¹ *eodem anno*] om. E.

² *præsentia suæ*] suo præsentem,

E. ³ E. ins. *suæ*.

⁴ *est*] om. MSS.

⁵ This sentence is from Florence, A. 1070.

⁶ *portare*] parcere, N.

Waldef¹ dux Anglorum nobilissimus decollatus est.

A.D. 1076.

Matt. Par. Anno gratiæ MLXXVI^o. Sexto kal. Aprilis terra tremuit, et Earth-
 ii. 16. factus est generalis terræmotus in Anglia.² Gelu magnum quake.
 Diceto, i. et glacies validissima, a kal. Novembris usque ad medium Frost.
 210.
 Matt. Par. Aprilis. Waldef³ dux decollatus est. Et hic est annus ter- Waltheof
 ii. 15. tius decimus primi decennovennalis cicli, repetito anno magno beheaded.
 Dionisii, duobus annis a passione Domini revolūtis.⁴

*Ordo monasticus in Anglia reviguit per exemplum et doctrinam
Lamfranci archiepiscopi et Pauli nepotis sui.*

Id. ii. 16. Anno gratiæ MLXXVII^o. Dominica Palmarum, xvi. kalen. Remark-
 Maii, circa horam sextam, sereno cælo stella apparuit. able star.
 Diceto, i. Translatus⁵ est sanctus Nicholaus a Mirrea civitate
 211.
 Southwark Annals. ad Barum. Lanzo, prior sancti Pancratii, venit in Lanzo,¹
 Hist. Anglor. Angliam, [et] Paulus monachus Cadomensis, nepos Lam- prior of
 i. 23. franci [archiepiscopi], creatus est abbas sancti Albani. Per Lewes.
 ipsum etiam totus ordo monasticus in Anglia reffloruit, co- Paul,
 adjuvante Lamfranco. Ipse etiam Paulus abbas multis pos- abbat of
 sessionibus et libertatibus ecclesiam suam ampliavit. St. Alban's.

Imperator per inobedientiam excommunicatur.

Matt. Par. Anno gratiæ MLXXVIII^o. Scisma magnum inter [dominum] Quarrel
 ii. 16. papam et imperatorem ortum est. Tandem imperator ex- between
 communicatur. In fine tamen Sueviam devastat. Rex Gregory
 Id. ii. 22. W[illelmus] curiam suam apud Gloverniam tenens, tribus Henry VII. and
 (A. 1087.) capellanis suis, Mauricio scilicet Londoniensem, Willelmo Nor- Henry IV.
 wicensem, Roberto Cistrensem⁶ contulit præsulatum. Eodem- Three sees
 que anno obiit Guiscardus, magnanimus dux Apuliæ, et filled up.
 successerunt ei duo filii ejus, Rogerus scilicet et Boamun- Death of
 dus. Hoc etiam anno mota est guerra navalis, precipue Robert
 funesta nimis inter Venetos et Baresens, pro corpore sancti Guiscard.
 Nicholai.

¹ E. has for the heading *Gene-
 ralis terræmotus in Anglia.*

² E. ins. *et.*

³ *Waldef . . . est*] om. E.

⁴ *revolūtis*] *evolūtis*, W.

⁵ *Translatus . . . Barum*] om. E.

⁶ *Cistrensem*] *Cycestrensem*, E.
 Re.

A.D. 1078. [Eodem anno Willelmus comes Warenniæ, qui MS. Cl. S. Pancras, venit in Angliam cum Willelmo Bastard, fundavit Lewes, founded. prioratum sancti Pancratii de Lewes.]

Wallia capitur [ab Anglis, et] Anthiochia a Paganis capitur.

Arch-
bishops of
Rouen. Anno gratiæ MLXXIX^o. Obiit Johannes, Rothomagensis archiepiscopus, cui successit Willelmus, qui fuit abbas Cadomensis. Incipitur renovari ecclesia episcopatus Wintoniæ. Ventus validissimus nocte Natalis Domini ædificia solida concussit. Eodemque anno rex Anglorum Willelmus in Walliam copiosum duxit exercitum, et eam sibi subjugavit, et ab ejusdem regulis homagia per fideles obsides suscepit. Eodem anno Antiochia capitur a paganis, cum adjacente provincia, quæ extitit Christiana a tempore beati Petri sine exturbatione.

Southwark
Annals.
Matt. Par.
ii. 17.

Falsus rex occiditur ab imperatore Henrico.

Prophecy
of Gregory
VII. Anno gratiæ MLXXX^o. Hildebrandus papa, qui et Gregorius dictus est, quasi sibi divinitus revelatum, prædixit falsum regem¹ hoc anno moriturum. Verum quidem prædixit, sed fefellit eum de falso rege opinio et conjectura, secundum velle suum interpretata super imperatore Henrico. Imperator enim² contra Saxones gravi prælio congreditur, ubi falsum regem, scilicet Radulphum, cum multis Saxoniarum principibus interfecit.

Newcastle-
on-Tyne
built. [Eodem anno Novum castrum At y^e Tyne a MS. Cl. Willelmo rege conditur.]

Willelmus Rothomagensis archiepiscopus concilium celebravit [apud Lyssebonam]. In Anglia terræmotus [factus est], cum mugitu terribili.

Council of
Lille-
bonne. Anno gratiæ MLXXXI^o. Willelmus, Rothomagensis archiepiscopus, tenuit concilium apud Lissebonam, præsentate rege

Matt. Par.
ii. 18.

¹ regem] rege, Ch.

, | ² enim] vero, E.